- 271 quasi dicit, cum sesquisexta decima proportio non potest esse dimidium toni, multo minus sesquiseptima vel aliqua alia consequenter  
*Aut*

**271,16 CUM**

- 272 hoc est quod  
*Aut*

## 271,16 SESQUISEXTADECIMA

273a in XVII

*Q*<sup>2</sup>273b XVII<sup>mi</sup> numeri*OV<sup>1</sup>MhPe<sup>5</sup>PnPqPrWnWqLpl**XVII] om. Lpl numeri] om. MhPrWn**cf. III,1,246; III,1,264*

## 271,17 INTEGRO TONI DIMIDIO

274 quam integra medietas toni

*PnLpl*


## 271,17 SED QUONIAM SESQUISEXTAMDECIMAM PROPORTIONEM CONTINUA SEQUITUR SESQUISEPTIMADECIMA, VIDEAMUS, AN EA TONUM BIS MULTIPLICATA NON IMPLEAT.

275 <sup>1</sup>Tonus in equas partes dividi nequaquam potest, ut XVI et XVIII medius naturaliter terminus XVII nullo modo aequaliter secare praevallet, quod ita probare potes: <sup>2</sup>Duplica proportiones, vel medii ad primum, vel extremi ad medium, quo facto, si quae harum proportionum duplicata tonum aequaverit, eius medietas iure censebitur. <sup>3</sup>Si vero infra substiterit, aut supergressa integritatem toni fuerit, nequaquam medietas eius erit, cui aequari duplicata non poterit. <sup>4</sup>Age enim duplicemus proportionem prioris et medii termini, i. XVI et XVII. <sup>5</sup>Numeri quippe XVII sexta decima pars est unitas et sexta decima pars unitatis. <sup>6</sup>Quod si eidem termino, i. XVII, iungamus, fient XVIII et sexta decima pars unitatis. <sup>7</sup>XVIII vero et sexta decima pars unitatis ad XVI comparati, tonum videntur excedere; cum inter XVI et XVIII tantum integritas toni sese contineat. <sup>8</sup>Ergo haec, quoniam duplicata toni excedit integrum, non erit eius medium.

<sup>9</sup>Medii nunc et extremi proportionem videamus. <sup>10</sup>Numeri sane XVIII septima decima pars est unitas et septima decima pars unitatis. <sup>11</sup>Quod eidem si iunxeris, fient XVIII et septima decima pars unitatis. <sup>12</sup>XVIII autem et septima decima pars unitatis, collati ad XVII, tonum non implere probantur; cum XVIII et octava pars unitatis ad XVII toni integram servent proportionem. <sup>13</sup>Igitur neque haec toni erit medium, quae duplicata ad eius non pervenit integrum, quod subiectae demonstrant formulae.







*Vrf\**

tonus - tonus inminutus] *ordo inversus Vrf* XVIII et octava pars unitatis]  
 XVIII et octava decima pars unitatis *Vrf*

277 Probat, quod apotome plus est quam toni medietas; probat eadem ratione, quod lima minus est toni medietate.

*Vrf*

278 Sufficeret, quod dixerat, sed exhabundanti et superaddendo prosequitur.

*Lpl*

### 271,18 CONTINUA

279 naturalis

*PnLpl*

280 coniuncta

*V2*

### 271,19 SESQUISEPTIMADECIMA

281 ubi continetur apotome

*PbPe<sup>5</sup>V2*

*gl. cancell. Pb*

282 XVII

*Pr*

### 271,19 EA

283 sesquiseptima <decima>

*Aut*

## 271,19 MULTIPLICATA

- 284 bis accepta  
Aut

## 271,20 XVII IGITUR NUMERI SESQUISEPTIMAMDECIMAM PARTEM TENET TERMINUS XVIII.

- 285 <sup>1</sup>Si eiusdem, inquit, proportionis, i. sesquiseptimae decimae, alium numerum comparemus ad XVIII numerum. <sup>2</sup>Quae sesquiseptima X<sup>a</sup> intelligitur in XVIII numeri septima decima parte, quae est unitas et septima decima pars unitatis.

*Ei\*KnSz\*WbWn\*CesEwn*

1 comparemus ad XVIII numerum] *om. Ces*

2 X<sup>a</sup>] *om. EiKnSzWbWnEwn*

## 271,20 XVII IGITUR NUMERI

- 286 genitivus  
*EiMhVrf*
- 287 septimi decimi  
*MhMkV2*

## 271,20 SESQUISEPTIMAMDECIMAM PARTEM

- 288 Hic *sesqui* nil operatur, nisi tantum facit, ut ostendat proportionem.  
Aut  
opertur Aut

271,21 IN EADEM PROPORCIONE SI AD XVIII NUMERUM ALIUM COMPAREMUS, ERIT XVIII ET XVII<sup>ma</sup> PARS.

- 289 <sup>1</sup>Ita probatur sesquiseptima X<sup>ma</sup> proporcio duplicata non implere tonum: <sup>2</sup>XVIII continet XVII et eius septimam decimam partem, i. unitatem. <sup>3</sup>Si vero vis duplicare hanc proporcionem, oportet te habere numerum, qui habet in se XVIII et eius septimam decimam partem. <sup>4</sup>Sed quia non habet recte septimam decimam partem, ita inquires eam: <sup>5</sup>XVII unitates, quae sunt in numero XVIII, subtrahe, easque dispertire singulatim et remanet unitas, octava decima pars, i. octavam decimam unitatem. <sup>6</sup>Hanc iterum divides in XVII minucias, et has dispertire per illas unitates, quae subtracte sunt a XVIII. <sup>7</sup>Hac superstite, quae divisa est, ecce habes XVIII divisum equaliter in XVII partes, et unaquaeque pars est unitas

et septima decima pars unitatis. <sup>8</sup>Accipe igitur hanc partem et adde eidem, cuius est pars, i. XVIII, et habebis XVIII et septimam decimam partem unitatis, qui cum XVIII facit sesquiseptimam decimam proporcionem. <sup>9</sup>Ecce habes duplicatam sesquiseptimam decimam proporcionem: a XVII in XVIII, et a XVIII in XVIII et septimam decimam partem unitatis. <sup>10</sup>Sed si haec proportio duplicata impleret tonum, tunc XVIII et septima decima pars contineret XVII et eius octavam partem, i. binarium et octavam partem unitatis, sed binarium, quod continet, et non octavam, sed septimam decimam unitatis partem. <sup>11</sup>Ergo tantum deest, quod duplicata sesquiseptima decima proportio non efficit tonum, quantum septima decima pars minor est parte octava.

*Aut*

#### 271,21 IN EADEM IGITUR PROPORCIONE

290 [in] sesquiseptima decima [porporcione]

*MmPbPe<sup>5</sup>V2AutVrf*

in] *add. MmPe<sup>5</sup>Aut* porporcione] *add. Aut*

#### 271,22 ALIUM COMPAREMUS

291 <sup>1</sup>qui fit ex XVIII et septima decima parte eius, <sup>2</sup>i. uno et septima decima parte unius, et est XVIII et septima decima pars unitatis.

*Q<sup>2</sup>V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>E<sup>1</sup>McMhPn\*PqWiWnWqBwiEwn\*Lpl*

1 sit *Lpl* ex] *om. PnLpl* decima] *om. Wi* eius parte *V* eius] eiusdem *B<sup>1</sup>McPnWiWqBwiLpl*

2 i. uno - unitatis] *om. EiMhWnEwn* uno et] una i. *Pq* decima] *om. PnLpl* et est] non est *Pq* pars] parte *Mc* unitates *Bwi*

292 qui factus est additamento XVII<sup>ae</sup> partis

*Pe<sup>5</sup>*

293 XVIII, non alium

*Aut*

#### 271,23 ERIT XVIII

294 numerus

*Pq*

#### 271,23 ET XVII<sup>ma</sup> PARS

295 unitatis

*OQ<sup>1</sup>V<sup>1</sup>CgKnMmPe<sup>5</sup>WbAutLryVrf*

296 non octava decima

*PbV2*

**271,23 QUOD SI AD XVII TERMINUM IN SESQUIOCTAVA PROPORTIONE POSITUM NUMERUM COMPAREMUS, FIENT XVIII ET PARS OCTAVA.**

297 Nam in XVIII est simplex, in XVIII ipsa septima decima proportio geminatur, quantum ad hoc.

*PbV2*

*gl. cancell. Pb*

298 <sup>1</sup>Quasi dicit, ita oportet fieri sesquioctavam proporcione[m] cum VIII parte; quoniam quia non habet XVIII, sed potius septimam decimam partem, non facit sesquioctavam proporcione[m] cum XVII. <sup>2</sup>Quod si faceret, necessario illum et eius octavam partem, i. binarium et octavam partem unitatis haberet, non septimam decimam, et hoc in libro aliis verbis.

*Aut*

1 facit sesquioctavam] sesquioctavam bis *Aut*

**271,23 QUOD SI**

299 geminata tamen

*PbV2*

*gl. cancell. Pb*

**271,23 AD XVII TERMINUM IN SESQUIOCTAVA PROPORTIONE POSITUM NUMERUM**

300 qui fit ex X et VIII et septima decima parte eius

*Wb*

**271,24 COMPAREMUS**

301 coniungamus et requiramus

*MhWi*

**271,25 FIENT XVIII ET PARS OCTAVA**

302a <sup>1</sup>Quia de XVII duo et octava pars unius sunt octava pars, <sup>2</sup>qui duo et octava pars unius, si addantur ad XVII, fiunt XVIII et octava pars unius. <sup>3</sup>Et sunt XVIII et octava pars unius ad XVII sesquioctavus.

*OQ<sup>2</sup>V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>LzMcPn\*PqWiWqLplLlz*

1 Quia] *om. Lz(2) de] om. B<sup>1</sup>PnLpl XVII] X et VI Lpl et octava] et octa V unitatis Lz(1)Llz sunt octava pars] sunt octava Lz(1)Llz*

2 qui] *quae O quorum Pq quam Lpl unius] unitatis Lz(1)Llz sumus Pn ad] et B<sup>1</sup>PnLpl ad XVII] XVII ex XVII WiBwi et decem VII Lz(2) fient O unius] unitatis Lz(2) sumus Pn*

2 et octava - 3 XVIII] *om. Lz(1)WiBwiLlz* fiunt - pars unitatis] *repet. Lz(2)*  
 3 Et sunt] fiunt *Lz(2) XVIII] XVIII Pq* et octava] et quia octava *Pn*  
 et sesquioctava *Lpl unius] om. OQPq* unitatis *Lz(2)* sesquioctavus] in  
 sesquioctava proportione *Lz(1)Llz*  
*gl. repet. Lz in fine lib. III*

- 302b <sup>1</sup>XVII numeri octava pars, duo et octava pars unitatis, <sup>2</sup>qui duo et octava pars unius, si addantur ad X et VII fient XVIII et octava pars unius, <sup>3</sup>qui numerus est sesquioctavus ad XVII, i. tonus.

*EiKnLzMj<sup>2</sup>MhMkPrShSz\*WbWnCesEwn\**

1 pars] pas *Sz* sunt duo *Pr* unitatis] *om. Ei* ad XVII XVIII fient XVIII et VIII<sup>8</sup> *add. Ces*

2 quae *Pr* cui *Wn* sij et *Sh* fient XVIII] XVIII fient *Ces*

### 271,25 PARS OCTAVA

- 303 unitatis

*OQ<sup>1</sup>CgM<sup>4</sup>MmOlPe<sup>5</sup>PqWqAutLplLryVrf*

### 271,25 MAIOR VERO EST PARS OCTAVA PARTE SEPTIMADECIMA

- 304 quia maior est binarius et octava pars unitatis sola unitate, quae est XVII<sup>ma</sup> pars XVII<sup>mi</sup> numeri

*OQ<sup>1</sup>V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>Ol\*PnPgWqLpl*

quia] qui *PnLpl* unitatis] unitas *B<sup>1</sup>* XVII<sup>ma</sup> ] VII *Lpl* XVII<sup>mi</sup>] XVI *B<sup>1</sup>PnLpl*

- 305 <sup>1</sup>Octava pars bis et aliquid plus maior est quam septima decima, quia si duas aequas res divides, unam in VIII, aliam in XVII, <sup>2</sup>ipsamque octavam et septimam decimam sibi compares, videbis quia bis maior et adhuc septima decima parte propensior sit ipsa octava quam septima decima.

*EiLzMj<sup>2</sup>MhMkPe<sup>5</sup>ShWbLlz*

1 divides duas aequas res *MjMkSh* divides aequas res *Mh*

2 propennor *MjMh* propentior *Sh*

- 306 VIII<sup>va</sup> pars est ⅓, XVII<sup>ma</sup> vero ⅓ c ÷ Z Q et VIII XVIII<sup>mae</sup> calci. Maior est ⅓ quam ⅓ c ÷ Z Q et VIII XVIII<sup>mae</sup> calci. Inter hanc VIII<sup>vam</sup> et XVII<sup>vam</sup> ⅓ ⅓ differētia et VIII<sup>to</sup> XVII<sup>me</sup> differētia est.

*Mm*

### 272,1 PARS OCTAVA

- 307 unitatis

*Q<sup>2</sup>Aut*

- 308 binarius

*Ol*

## 272,1 PARTE SEPTIMADECIMA

309 quam

*B1*

310 unitatis

*Q<sup>2</sup>Aut*

## 272,1 MAIOR IGITUR EST PROPORTIO NUMERORUM XVII AC XVIII ET OCTAVA QUAM EA, QUAE IN XVII AC XVIII ET PARTE SEPTIMADECIMA CONTINETUR

311 <sup>1</sup>Nam XVII et XVIII sesquiseptimam decimam proportionem inter se habent, <sup>2</sup>quae sesquiseptima decima in sola unitate intelligitur. <sup>3</sup>Si iterum alteram sesquiseptimam decimam proportionem, i. unitatem, addidero, erunt duo, <sup>4</sup>et si duo addam super XVII, i. bis sesquiseptimam decimam, erunt XVIII, <sup>5</sup>qui XVIII non faciunt sesquioctavam proportionem ad XVII, nam deest octava pars unitatis. <sup>6</sup>Et ex hoc intelligitur, quia non faciunt duae sesquiseptimae decimae tonum integrum.

*OQ<sup>1</sup>V<sup>1</sup>+V<sup>2</sup>B1EiKnLzMcMj<sup>2</sup>MhMkOl\*PbPe<sup>5</sup>Pn\*PqPrShWbWiWn\*WqBwi-CesEwn\*LplLlz*

1 Nam] Huius descriptionis hec ratio est *Lz(2)* Nam si *Lz(1)MfMhMkShLlz XVII et VIII Kn XVII<sup>a</sup>et XVIII<sup>a</sup>Pe XVI et XVII Pq XVII octava decima Ewn sesquiXVII decimam Q sesquiseptima decimam WiBwi* habent inter se *OIPb* inter se habent] tenent *V<sup>i</sup>* inter se *add. V<sup>2</sup>*

2 quae] *om. Lz(1)MfMhMkPeShLlz* qui *EiKnMcPrCes* quae sola *Lz(2)* sesquiseptima decima] sesquiseptimam decima *Ei XVII Ol* in] *om. VEwn* intelligitur *Mf* intelligit *Llz*

3 iterum] igitur *B1Lz(1)PqPrWiBwiLlz* enim *Lpl* sesquiseptimam portionem *Lpl* addidero i. unitatem] *WiBwi* unitatem] *repet. Pb* addidero] addero *QV* addidere *Lz(2)* *corr. ex. addiderunt Wq* addidero, erunt] addidit eo *Pq* 4 et si] *lectio incerta Pn* et illa *Lpl* super] erunt *Pq XVII] X et VI Pb* i.] et *Lpl* sesquisesquiseptimam *Lz(2)*

5-6] *om. V<sup>1</sup>add. V<sup>2</sup>*

5 quae *QEiKnMfMkPePqShWbCes* quae sive qui *Mk* que est *Ewn* qui *XVI-III om. LplLlz* statuunt *Lz(2)* ad *XVIII Ces* deest] decima *B1* octava] sesquioctava *Ei*

6] *om. WiBwi (cf. III,1,323), sed add: iste nonus decimus de duabus septimis decimis constat:*

Sesquiseptima decima	supersesquiseptima decima
XVII	XVIII

6 Ex] *om. Q* quia] qui *OIPbV<sup>2</sup>*

*gl. repet. Lz in fine lib. III; gl. cancell. Pb*

## 272,1 MAIOR IGITUR EST PROPORTIO

312 sesquioctava, in duabus unitatibus et octava unius

*Mm<sup>1</sup>Pb<sup>3</sup>AutLryVrf*

**272,1 PROPORATIO NUMERORUM XVII AC XVIII ET OCTAVA**

- 313 in sesquioctava proportione  
*PbV2*

**272,2 OCTAVA**

- 314 unitatis  
*KnAut*
- 315 parte  
*Vrf*

**272,2 EA**

- 316 proporcio  
*Aut*

**272,3 XVIII ET PARTE SEPTIMADECIMA**

- 317 Quae fit ex XVIII et XVII parte eius, et est XVIII et XVII pars unitatis.  
*O*

**272,3 PARTE SEPTIMADECIMA**

- 318 unitatis  
*KnAut*

**272,4 QUAE SUNT SCILICET BIS SESQUISEPTIMADECIMAE PROPORCIONES**

- 319 Quia XVIII et pars septima decima de duabus septimis decimis concreverunt  
*OQ<sup>2</sup>Pe<sup>5</sup>PqWq*  
decimis] *om. Q*
- 320 duplicata sesquiXVII<sup>ma</sup> proportione  
*Mm*
- 321 Set sume XVII ad XVIII, et XVIII et septima decima pars unitatis ad XVIII.  
*Aut*  
*sūme Aut*
- 322 in figura patet  
*Aut*



**272,5 DUAE IGITUR SESQUISEPTIMAE DECIMAE UNUM TONUM  
NON VIDENTUR INPLERE.**

323 De dimidia octava

*MmPb<sup>3</sup>Vrf*

324 impediēte dimidia octava et parte octava septimae decimae partis

*PcAutLry*

impediēte] *om. AutLry* parte octava] octava parte *Lry*

325 quid iste

*Aut*

**272,6 NON EST IGITUR SESQUISEPTIMADECIMA TONI DIMIDI-  
UM, QUONIAM QUAE DUPLICATA NON INPLENT INTE-  
GRUM, NON TENENT DIMIDIUM.**

326 Et ex hoc intellegitur, quia duae sesquiseptimae decimae non faci-  
unt tonum integrum.

*Wi*

*cf. III,1,311*

**272,7 QUONIAM**

327 quare

*Aut*

## LIB. III, CAP. 2

272,10 SEMITONIUM (*pro TONI DIMIDIUM*)

- 1 dimidietatem toni  
*Vrf*

## 272,12 IAM VERO SI EOS NUMEROS DISPONAMUS, QUI DE SESQUITERTIA PROPORTIONE DUOBUS TONIS RETRACTIS RELINQUUNTUR

- 2 De dyatessaron  
*Vrf*
- 3 Item in aliis numeris vult ostendere semitonium non esse dimidium tonum, s. in illis, in quibus diatessaron fecimus primum: CXCII CCXVI CCXLIII CCLVI.  
*Lpl*

## 272,12 DE SESQUITERTIA PROPORTIONE

- 4 diatesseron  
*Aut*

## 272,15 INTEGRI LOCO SEMITONII CENSEATUR

- 5 quod non erit  
*Wi*

## 272,15 INTEGRI LOCO SEMITONII

- 6 recte dimidietas toni  
*Vrf*

## 272,16 QUOD SI ITA REPERTUM SIT

- 7 <sup>1</sup>*Si ita fuerit inventum, ut post duos tonos in diatesseron proportione integrum semitonium relinquatur -* <sup>2</sup>*quod nullo modo invenietur, ut integrum sit dimidium semitonium;* <sup>3</sup>*quapropter diatesseron non habet duos tonos et integrum dimidium semitonium.*  
*CgM5McPbV2AutLryVrf*  
1 *Quod si McLry Hoc est si Vrf duos] om. Mc proportione] om. CgVrf invenietur] invenitur Vrf rel. om. Cg*  
2 *ut integrum sit dimidium semitonium] om. LryVrf*  
3 *integre Vrf*
- 8 ut cum astruis, Aristoxene  
*Aut*

**272,16 ITA**

- 9 quod non est  
*Pn*

**272,16 ILLUD QUOQUE EST CONPROBATUM**

- 10 ut *censeatur integri loco semitonii*  
*Mm*  
*cf. 272,15.*
- 11 quod non potest esse  
*Vrf*

**272,17 DIATESSARON CONSONANTIAM DUOBUS TONIS ATQUE INTEGRO SEMITONIO COPULARI**

- 12 quod minime est  
*PbV2*
- 13 quod esse non poterit  
*Wi*

**272,18 ERAT IGITUR SUPERIUS PRIMUS TERMINUS CXCHII; AD HUNC SESQUITERTIAM PROPORTIONEM TENEBANT CCLVI**

- 14 Hos numeros multiciens superius retulit.  
*Aut*  
*cf. 203,21-204,9*
- 15 CXCHII CCXVI CCXLIII CCLVI  
*Vrf*

**272,19 CXCHII**

- 16 ter LXIII  
*Mc*

**272,19 AD HUNC SESQUITERTIAM PROPORTIONEM TENEBANT CCLVI**

- 17 Continet CCLVI numerus totum CXCHII in se et eius tertiam partem, quod est LXIII.  
*Mc*

**272,19 SESQUITERTIAM PROPORCIONEM**

- 18 diatesseron  
*Aut*

**272,20 CCLVI**

- 19 quater LXIII  
*Mc*

**272,20 AD PRIMUM TERMINUM CCXVI FACIUNT TONUM**

- 20 quia sesquioctavi sunt  
*PbV2*

**272,20 AD PRIMUM TERMINUM**

- 21 CXCI  
*BiPbPnV2WbAut*

**272,21 AD CCXVI RURSUS CCXLIII TONI OBTINENT LOCUM**

- 22 quia sesquioctavi sunt  
*PbV2*

**272,22 EST IGITUR QUOD RELINQUITUR EX TOTA DIATESSARON PROPORCIONE**

- 23a subtractis duobus tonis  
*PbV2*

- 23b retractis tonis  
*Pc5*

**272,23 HABITUDO, QUAE IN CCXLIII ET CCLVI UNITATIBUS CONSTAT**

- 24 Vide in animo tuo, quae differentia habeatur inter hos numeros.  
*Aut*

**272,23 HABITUDO**

- 25 proporcio  
*Aut*

**272,23 QUAE**

- 26 tredecim  
*Cg*

**272,24 HAEC IGITUR SI PROBATUR INTEGRJ TONI ESSE DIMIDIUM**

- 27 non probatur  
*Pn*  
*nam Pn*

**272,24 HAEC**

- 28 habitudo  
*MhAut*

**272,24 INTEGRI TONI ESSE DIMIDIUM**

- 29 medietas, quod non est  
*Vrf*

**272,26 SEMITONIOQUE**

- 30 integro  
*M<sup>S</sup>CgMmPl V2WiAutBwi*
- 31 dimidietate toni  
*Vrf*

**272,26 QUONIAM IGITUR DEMONSTRATUM EST, TONI DIMIDIUM INTER SESQUISEXTAMDECIMAM ET SESQUISEPTIMAMDECIMAM PROPORTIONEM LOCARI**

- 32 Hoc est, vel in ista vel in illa, et ut ad ultimum veniam, neque in ista neque in illa. Sed si inveniret, in illarum aliqua necesse esset inveniri.  
*Lpl*
- 33 Sesquisextam decimam proportionem dicit illam, quae est inter XVI et XVII, quae est maior, cum sint minores termini. Sesquiseptimam decimam dicit illam, quae est inter XVII et XVIII, quae est minor, cum sint maiores termini.  
*Lpl*  
XVIII] XVIII *Lpl* maiores} minores *Lpl*

**272,27 TONI DIMIDIUM INTER SESQUISEXTAMDECIMAM ET SESQUISEPTIMAMDECIMAM**

- 34 semitonium maius et minus, i. in sesquisexta <decima> et sesquiseptima <decima>.

*Aut*

**273,1 AB HAC COMPARATIONE**

- 35 sesquiXVI<sup>ma</sup> et sesquiXVII<sup>ma</sup>

*PbV2Aut*

sesquisexta et sesquisepta *Aut*

**273,2 METIENDA**

- 36 dividenda

*Aut*

**273,2 NE ENIM LONGIUS PROGREDIAMUR, SUMO EX CCXLIII OCTAVAMDECIMAM PARTEM. EA FIT XIII S.**

- 37a <sup>1</sup>XIII decies octies sunt CCXXXIII, <sup>2</sup>qui in VIII minus sunt a CCXLIII, <sup>3</sup>de quibus VIII semis est pars octava decima.

*OQ<sup>2</sup>McPc<sup>5</sup>Pn\*PqWiWqBwiLpl*

1 XIII] Terdecies O Tredecies *Lpl* decies] *om. Lpl* dies *Pn* sunt] *om. Wq* fiunt *PnLpl*

2 in] *om. PcPq* sunt] *om. Lpl*

3 de quibus] deque *Pq* VIII] XVIII *Lpl* octa *Pq* octava decima] VIII<sup>ma</sup> *O* cf. III,2,53

- 37b Nam octecies XIII CCXXXIII; octecies semis VIII; simul iuncti fiunt CCXLIII.

*McMm<sup>1</sup>Pb<sup>2</sup>PcAutLryVrf*

octecies XIII] octies decies XIII *PbAut* sunt CCXXXIII *Mm*

- 37c <sup>1</sup>Octies decies XIII fiunt CCXXXIII, octies decies semis fiunt novem, qui reddunt CCXLIII, et ideo XIII semisque unitatis octava decima pars est eorum. <sup>2</sup>Quae tamen octava decima, si additur ipsi, supercrescit ipso semisse CCLVI, qui sesquitercius ad primum terminum rite coaptatus est. <sup>3</sup>Et ideo minus habent hi duo numeri quam sesquioctavam decimam habitudinem, <sup>4</sup>quia non potest dici quod maior numerus habeat minorem in se et eius octavam decimam partem; <sup>5</sup>quia XIII, quos plus habet CCLVI, non est per se octava decima CCXLIII, sed additur semis ad octavam decimam partem quaerendam.

*EiEnMf<sup>2</sup>MhMkPc<sup>5</sup>ShWb*

1 novem] *om. MfSh* decima] *om. Pc*

2 tamen] et *Pe* addatur *MfMhMkPeSh* CCLVII *MfMkPeSh* sesquiertius  
 est *Pe* terminum] *om. Pe* rite coaptatus est ad primum terminum *Wb*  
 3 quam] quamquam *Pe*  
 4 dici] *om. Sh* eius] *om. Sh* octavam decimam eius *Mf*  
 5 habent] *Wb* partem] *om. Mk*

### 273,2 NE ENIM LONGIUS PROGREDIAMUR

- 38 post duas has ad nonam  $X^{\text{mam}}$  et caeteras, vel ad maiores numeros  
*Pe*<sup>5</sup>
- 39 Decies novies XIII faciunt CCXLVII, qui iterum novenario diffe-  
 rentia a CCLVI.  
*WiBwi*

### 273,3 OCTAVAMDECIMAM PARTEM

- 40 quam tamen non habet integram, quia semis unitatis additur  
*EiEnMh*  
 tam *En*
- 41 quae minor est septima decima  
*Pe*<sup>5</sup>
- 42 XIII <et semis>  
*Aut*

### 273,4 S

- 43 semis, s. unitatis adiecta  
*MmPb<sup>3</sup>LryVrf*  
 semis s.] *om. Mm* media pars *Lry* semis s. pars *Vrf*
- 44 unitatis dimidietas  
*Aut*

### 273,4 HANC SI EISDEM APPOSUERO, FIUNT CCLVI S

- 45 Sic ergo si XIII fuerit simpliciter, non facit dimidium tonum, ut  
 supra ostensum est, vel si fuerit additum semis, tanto minorem  
 proportionem dabit, ut modo palam est, quia maior proportio est  
 in minoribus et minor in maioribus.  
*Lpl*
- 46 CCXLIII CCXLVI CCXLVI S  
*Vrf*  
 1 CCXLVI *Vrf* CCXLVI S *Vrf*

## 273,4 HANC

47 XIII S

*PnWiBwi*  
et S ] *WiBwi*

## 273,5 APPARET IGITUR MINOREM ESSE PROPORTIONEM CCLVI AD CCXLIII SESQUIOCTAVADECIMA HABITUDINE.

48 Reddit, quod promisit.

*Mc*  
cf. 272,14-18

49 <sup>1</sup>In hoc *apparet*, quia non cecidit in sesquiXVI<sup>mam</sup> et sesquiXVII<sup>mam</sup>, sed in sesquioctavam decimam, quae minor est. <sup>2</sup>In minore enim numero maior proportio est quam in maiore.

*McPbPe<sup>5</sup>V2AutLryVrf*  
1 sesquiXVI<sup>mam</sup>et] om. *McAutLryVrf* sesquiXVII<sup>mam</sup>] XVII<sup>mam</sup>PbPe est minor *Aut*

2 om. *Aut* In maiore enim numero minor proportio est quam in minore. *Pe* est] om. *Mc* quam in maiore] in maiore minor *McLryVrf*

50 <sup>1</sup>Haec est summa, si CC<sup>ti</sup>XLIII apponatur pars sua octava <decima>: faciet CCLVI et S, quod superat CCLVI uno semisse. <sup>2</sup>Sed inter <CCXLIII et> CCLVI et S est sesquioctava <decima> proportio, igitur sesquioctava <decima> proportio maior est per unum semissem proportione, quae est inter CCXLIII et CCLVI. <sup>3</sup>Ergo minor proportio est inter CCLVI et CCXLIII quam sesquioctava <decima>, quod si minor est sesquioctava <decima>, minor est sesquiseptima X<sup>a</sup>, quia si minor est minore, et minor est maiore. <sup>4</sup>Quare non est medietas toni. Oportet enim quod cadet inter sesquiVI X<sup>am</sup> et sesquiVII X<sup>am</sup>, modo autem multo minor est sesquiVII X<sup>a</sup>, cum et sit minor minore, i. sesquiVIII X<sup>a</sup>.

*Vrf*

## 273,5 MINOREM ESSE PROPORTIONEM CCLVI AD CCXLIII SESQUIOCTAVADECIMA HABITUDINE

51 quia deest semisse unitatis

*Q<sup>2</sup>*

52 uno semisse

*MmPb<sup>3</sup>PcAutVrf*



273,7 QUOD SI DIMIDIUS TONUS MAIOR QUIDEM EST IN SESQUISEXTADECIMA (*pro* MINOR QUIDEM EST SESQUISEXTADECIMA), MINOR VERO IN SESQUISEPTIMADECIMA PROPORTIONE (*pro* MAIOR VERO SESQUISEPTIMADECIMA), SESQUIOCTAVADECIMA VERO MINOR EST SESQUISEPTIMADECIMA HABITUDINE, DUCENTORUM VERO XVI AD CCXLIII COMPARATIO, QUAE SCILICET RELINQUITUR EX DIATESSARON DUOBUS RETRACTIS TONIS, MINOR EST SESQUIOCTAVADECIMA

53 <sup>1</sup>Quia VIII<sup>a</sup>X<sup>a</sup> pars CC<sup>torum</sup> XLIII sunt XIII et insuper dimidius ex XVIII, qui remanent, cum octies X<sup>es</sup> multiplicatur XIII. <sup>2</sup>Nam tredecies XVIII CCXXXIII<sup>or</sup> sunt, et remanent VIII, ex quibus medietas unitatis est XVIII<sup>a</sup> pars.

*Pc*<sup>5</sup>

1 sesquiVIII<sup>a</sup>X<sup>a</sup> *Pe* ex XVIII *Pe*

2 CCXXXIII<sup>or</sup> sunt *Pe*

*cf. III,2,37a*

273,7 MAIOR (*pro* MINOR)

54 apotome

*Q*<sup>2</sup>

273,8 MINOR VERO IN SESQUISEPTIMADECIMA PROPORTIONE (*pro* MAIOR VERO SESQUISEPTIMADECIMA PROPORTIONE)

55 sicut verum est

*Aut*

verus *Aut*

*cf. III,2,57*

273,8 MINOR (*pro* MAIOR)

56 diesis

*Q*<sup>2</sup>

273,8 SESQUIOCTAVADECIMA VERO MINOR EST SESQUISEPTIMADECIMA HABITUDINE

57 ut verum est

*Aut*

**273,10 DUCENTORUM VERO LVI AD CCXLIII COMPARATIO ...  
MINOR EST SESQUIOCTAVADECIMA**

- 58 in XIII tantum super VIII unitatum semisse  
*Q<sup>2</sup>*
- 59 Intendit enim ad nonam decimam partem, et inde aliquid habet.  
*PbPe<sup>5</sup>*  
enim] eum *Pb* aliquid inde *Pb*  
*gl. cancell. Pb*
- 60 In dimidio; quae fuit plena inter CCXXXVIII et CCLVI, minor vero  
in maioribus.  
*Pe<sup>5</sup>*  
*CCXXXVIII Pe*
- 61 quia VIII desunt  
*PnWiBwiLpl*  
*VIII Lpl*
- 62 ut est verum  
*Aut*

**273,12 MINOR**

- 63 minor minore  
*Lpl*
- 64 a minori  
*Aut*

**273,12 SESQUIOCTAVADECIMA**

- 65 ablativus  
*Q<sup>2</sup>*

**273,13 HAEC DUORUM NUMERORUM PROPORTIO**

- 66 CCLVI ad CCXLIII  
*Aut*  
*LVI Aut*

**273,13 SEMITONIO**

- 67 integro  
*WiAutBwiLry*

## LIB. III, CAP. 3

## 273,15 DIATESSARON CONSONANTIAM EX DUOBUS TONIS ET SEMITONIO NON CONSTARE INTEGRO NEC DIAPASON TONIS SEX

- 1 Hoc nullo modo verum est, quia semitonium numquam integre est dimidium.

*PbV2*  
est dimidium est *V2*

- 2 Item in maximis numeris iam praemissis ostendit, non posse esse dimidium tonum.

*Lpl*

## 273,19 SEMITONIOQUE

- 3 integro

*M<sup>3</sup>Q<sup>2</sup>CgMaPbPcPrV2AutPhl*

- 4 medietate toni

*Vrf*

## 273,19 DUAE DIATESSARON CONSONANTIAE NECESSARIO V TONOS EFFICIENT

- 5 quod esse non potest

*BIPn*

- 6 quod nullo modo sit

*Cg*

- 7 quod non est

*Wi*

## 273,20 ET DIAPENTE

- 8 aliud consequens

*Aut*

## 273,21 ITA SEX TONIS CONTINUA PROPORZIONE COAEQUANTUR

- 9 secundum eum

*Aut*

## 273,22 ET QUONIAM PAULO ANTE SEX DISPOSUIMUS TONOS

- 10 ubi octupli in serie sunt descripti

*Mc*  
series *Mc*  
cf. 266,1-10 (B31)

- 11 superius in figura, in qua disposuit octuplos in limite, sesquioctavas in tramite, hos ita dispositos ibi invenies numeros.

*Aut*  
cf. 266,1-10 (B31)

274,3 CCLXII.CXLIII ... DXXXI.CCCCXLI (C2)

- 12 Inter hos intervallum sex tonorum et diapason secundum Aristoxenum [non secundum Boetium].

*MmPbV2Vrf*  
Et est diapason secundum Aristoxenum inter hos intervallum VI tonorum *PbV2* et diapason] quod est dyapason *Vrf* non secundum Boetium] *add. Mm*

274,3 DXXXI.CCCCXLI (C2)

- 13
- VII.CLIII
- supervadens duplum, quod est
- DXXIII.CCLXXXVIII

*Mc*  
cf. 266,27

274,4 CCLXII.CXLIII ... CCCCLXXII.CCCXCII (C2)

- 14 Inter hos intervallum V tonorum, quod est bis diatesseron secundum Aristoxenum [non secundum Boetium], [quod utrumque falsum est].

*MmPbV2Vrf*  
non secundum Boetium] *add. Mm* quod utrumque falsum est] *add. Vrf*  
cf. III,3,12

## 274,6 SEMITONIO

- 15 integro

*Q<sup>2</sup>BiPnPrAut*

- 16 integra medietate toni

*Vrf*

274,7 CONSISTERE TONIS (*pro* CONSISTERET TONIS)

- 17 dicamus

*O*

274,7 CUM EX CCLXII.CXLIIII DIATESSARON INTENDEREM  
CUMQUE DE CCCCLXXII.CCCXCII ALIUD DIATES-  
SARON REMITTEREM

- 18 <sup>1</sup>Si unum diatesseron intendo et aliud remitto, in unam summam numerus convenit, ut in VIII et XII et XVI apparet: <sup>2</sup>si novem intendo, i. suam terciam sibi coniungo, faciunt XII; <sup>3</sup>si autem XVI remitto, i. quartam partem demo, XII similiter fiunt, quod in istis numeris non evenit.

*LzWiBwiLlz*

1 VIII] IX *Bwi*

2 i.] vel *Bwi* terciam partem *WiBwi* faciunt] fiunt *WiBwi*

3 fiunt] sunt *Bwi*

- 19 <sup>1</sup>Numeros secundum musicam ita queris: positis extremis, utpote VI et decus (X) pondius (II), vides quot monadibus superatur a XII sex, i. VI monadibus. <sup>2</sup>Duc per quadratum: sexies seni faciunt XXXVI. <sup>3</sup>Coniungis extrema illa prima VI et XII simul efficiunt XVIII. <sup>4</sup>Partire tricies sexies per decus octus, efficitur dipondius. <sup>5</sup>Hoc iungis cum summa minore, i. sexies, erunt VIII. <sup>6</sup>Et erit medium inter VI et XII. <sup>7</sup>Quapropter VIII superant VI duabus monadibus, i. tertia de sexis, et superantur VIII a duodecim IIII monadibus tertia particione. <sup>8</sup>Qua parte ergo superat, eadem superatur.

*Pe<sup>5</sup>WbWve*

1 quaeres *Wve* ut puta *WbWve* X] om. *WbWve* II] om. *WbWve* superentur *Wve*

2 Ducis *Wb* Duces *suprascr.* s. illam *Wve* faciunt] om. *Pe*

3 Coniunges *Wve* efficient *Wve*

4 Partitis *Wb* Partieris *Wve* trigies *Pe* decem et VIII *Wve*

5 iunges *Wve* sexies] sex *Wve*

7 superatur *Pe*

274,8 INTENDEREM

- 20 in acumen

*BIWiBwi*

- 21 ascendendo, ut in monacordo videtur vel voce cantando, quasi caute, quoniam ut in ascendendo notatur diatesseron, ita in descendendo. Hoc vide in sequenti figura.

*Aut*

*cf. 274,18-21(C3)*

## 274,9 REMITTEREM

- 22 in gravem  
*B1PnWiLpl*
- 23 in descendendo; in figura, quae sequitur, patet  
*Aut*

274,9 IDEM INTER UTRAMQUE INTENTIONEM REMISSIONEMVE  
NUMERUS INVENIRETUR

- 24 i. equalis summe. Sic enim fert natura, ut si diatessaron geminatur, altero a gravi, altero autem ab acuto incipiente, medietates oportet esse aequales, ut sive fiat detractio sive non, aequalitas remaneat. Donantur enim gratia † qualemque † exempli: III IIII V. Si ergo <de> V unitatem detraho, remanent III IIII IIII.

*Lpl*  
III IIII IIII] II IIII IIII *Lpl*

- 25 Planum est, si consideraveris ad figuram, quam superius fecimus, in qua limites et tramites notavimus.

*Aut*  
*cf. 266,1-10 (B31)*

- 26 <sup>1</sup>Inter CCLXXII.CXLIIII et CCCCLXXII.CCCXCII est spacium  $V^e$  tonorum, quia ibi sunt quinque sesquioctave. <sup>2</sup>Et inter eosdem numeros secundum Aristoxenum est bis diatessaron, quod est impossibile. <sup>3</sup>Dicit ergo Boetius, quod, si hoc est, tunc, si una diatessaron intendatur et altera remittatur, debet necessario convenire in aliquem numerum medium; <sup>4</sup>hoc est, erit aliquis numerus medius, qui ad primum erit sesquitercius, ad tertium autem subsesquitercius. <sup>5</sup>Hoc enim per se notum est; sed hoc probare geometrorum est, Boetius enim non probat hoc. <sup>6</sup>Nunc autem intensa cadit in alium numerum, et remissa in alium, qui non tantum non sunt idem, sed potius differunt in IIII.DCCLXVIII et semis, sicut patet in figura.

*Vrf*  
1 CCLXXII.CXLIIII *Vrf*  
2 est bis diatessaron] est dyatessaron *Vrf*  
5 geometrarum *Vrf*  
6 IIII.DCCLXV *Vrf*

## 274,9 IDEM

- 27 numerus  
*V2*

274,11 A NUMERO, QUI EST CCLXII.CXLIII DIATES-  
SARON INTENDO, ID EST SESQUITERTIUM, QUI FIT IN  
CCCXLVIII.DXXV §.

28a CCLXII.CXLIII tertia pars sunt LXXXVII.CCCLXXXI et triens.

*Q<sup>2</sup>B1BcCgEiEnPnPgPrWbWiWn\*WqEwnHwg*  
CCLXII.CXLIII] *om. Wq huius Cg CXLIII*] *om. Bc sunt tertia pars*  
*B1BcEiEnPnPgPrWbWnEwn tertia pars est WiBwiHwg pars tertia est Cg*  
*sunt*] *om. Wq LXXXVII.CCCLXXXI*] *XXVII.CCCLXXXI Bc 80.7381 Hwg*  
*triens*] tertia pars unitatis *Hwg*

28b <sup>1</sup>CCLXII.CXLIII tertia pars sunt LXXXVII.CCCLXXXI et  
triens:

ter LXXX, CCXL;

ter VII, XXI;

ter CCC, DCCCC;

ter LXXXI, CCXLIII;

ter triens, unus.

<sup>2</sup>Item CCCXLVIII.DXXV <et triens> quarta pars sunt ipsi  
LXXXVII.CCCLXXXI et triens:

quater LXXX, CCCXX;

quater VII, XXVIII;

quater CCC, I.CC;

quater LXXXI, CCCXXIII;

triens quater, unum et triens, qui supercrescit.

*Mj<sup>2</sup>MhMkPe<sup>5</sup>*

1 sunt] *Pe LXXX VII.CCCLXXXI Mk et triens*] et tertia pars unitatis  
*Pe LXXX ter Pe Ter CCC, DCCCC Mk DCCC Mk*

2 CCCXLVIII.DXXV *Pe LXXXVI.CCCLXXXI Mh LXXX quater Pe*  
CCCXXX *Mj CCC quater Pe LXXXI quater Pe*

28c [Unde diatessaron intenditur.] Tertia pars CCLXII.CXLIII est  
LXXXVII.CCCLXXXI et triens, i. tertia pars unitatis, quae tertia  
pars addita praedicto numero, facit CCCXLVIII.DXXV et trien-  
tem.

*M5McPb<sup>3</sup>PcAutLry*

Unde diatessaron intenditur] *add. Mc LXXXVII.CCCLXXXI LXXXVII.-*  
*CCCCLXXXI Mc addi Aut Lry CCCXLVIII.DXXV*] CCCXLVIII.DXXI  
*Mc*

28d <sup>1</sup>CCLXII.CXLIII sunt tertia pars LXXXVII.CCCLXXXI et  
triens, i. tertia pars unius. <sup>2</sup>Triens autem, i. quatuor unciae as-  
sis, sic notatur: §.

<sup>3</sup>LXXXVII.CCCLXXXI § [semel], hoc ter, fiunt CCLXII.-  
CXLIII. Hic assis de tribus trientibus est. <sup>4</sup>Quater vero,

CCCXLVIII.DXXV  $\S$ . Hic de tribus trientibus unus, et quartus superest.

<sup>5</sup>Quater CXVIII.XCVIII sunt CCCCLXXII.CCCXCII, quibus deme quartam, restant CCCLIII.CCXCIII.

<sup>6</sup>CXVIII.XCVIII. semel;

CXVIII.LXXXVIII. bis CCXXXVI.CXCVI;

CXVIII.LXXXVIII. ter CCCLIII.CCXCIII;

CXVIII.LXXXVIII. quater CCCCLXXII.CCCXCII.

*McPb*<sup>3</sup>

3 XXXVII.CCCLXXXI *Pb* semel] *add. supra Mc* CCLXII.CXLIII]

CCLXII.CXLIII *McPb*

5 CCCCLXXII.CCCXCII] CCCCLXXII.CCCXC *McPb* quartam] III<sup>ta</sup> *Mc*

6] *om. Pb*

## 274,12 SESQUITERCIMUM

29 diatesseron

*Aut*

## 274,13 $\S$

30 triens unius

*Q<sup>2</sup>S*

31 Pro triente fecit aliquis hic mencionem istius numeri, i. assis, denx, et cetera, ut videamus, quid sit triens, s. tertia pars unitatis, quid sit bisse, s. due partes unitatis, quoniam uncia in XII partes dividitur, similiter quasi unitas dividitur.

*Aut*

## 274,13 RURSUS DE CCCCLXXII.CCCXCII NUMERIS REMITTO SESQUITERTIAM PROPORTIONEM, QUAE FIT IN CCCLIII.CCXCIII.

32a <sup>1</sup>De CCCCLXXII.CCCXCII remittitur sesquitercia proportio, si eius ab eo quarta dematur pars, <sup>2</sup>quae est subsesquitercii illius tertia, quae pars sunt CXVIII.XCVIII eademque pars triplicata CCCLIII.CCXCIII facit.

*Q<sup>2</sup>B1EiEnMcPb<sup>3</sup>Pn\*PqPrWbWiWn\*WqBwiEwn*

1 CCCCLXXII.CCCXCIII *B1* remittatur *EiEn* si eius] fiet *WiBwi* eius] *ei* *Pq* eo] ea *WiBwi* quarta dematur] quarta decima *Pr* dematur] *om. Wq*

2 subsesquitercii] subsesqui *B1* subsesquitercii] *Pn* illius] alius *Pq* ille *Bwi* quae pars sunt] pars quae *EiPrWb* pars quae sunt *WiBwi* pars quae est

*EnWnEwn* CXVII.XCVIII *B1Wb* CXVIII.XCVIII *Pr* CXVIII.CCVIII *Wi*

triplicata pars *EiEn* CCCLIII.CCXCIII *Pq* 374294 *Bwi* CCCLIII.CCXCIII

*Ewn* facit] *om. B1McPbPnPgPrWbWnWqBwiEwn* reddit *EiEn* fiunt *Wi*



32b <sup>1</sup>De CCCCLXXII.CCCXCII remittatur sesquitercia proportio, si eius quarta dematur pars, que est CXVIII.XCVIII:

quater C, CCCC;

quater X, XL;

quater VIII, XXXII;

quater XC, CCCLX;

quater VIII, XXXII;

<sup>2</sup>quae eadem quarta subsesquiertii illius tertia pars est, quia triplicatis CXVIII.XCVIII, CCCLIII.CCXCI reddunt:

ter C, CCC;

ter X, XXX;

ter VIII, XXIII;

ter XC, CCLXX;

ter VIII, XXIII.

*Mf<sup>2</sup>MhMkPe<sup>5</sup>*

1 CCCCLXXII.CCCXCII *Mh* C quater *Pe* quater X XL *Mh* X quater *Pe* VIII quater *Pe* XC quater *Pe* VIII quater *Pe*

2] *repet. MfMhMk* tertia pars est *Mk(1)* triplicitas *Mf(1)Mh(1)Mk(1)* triplicati *Pe* CXVIII.XCVIII CXVIII.XCVIII *Pe* CCCLIII.CCXCI CCCLIII *Mf(1)Mk(1)Pe* CCCLIII *Mh(1)* redduntur *Mf(2)Mk(2)* ter enim *Mf(1)Mh(1)Mk(1)Pe* X ter *Pe* VIII ter *Pe* ter VIII XXIII *Mh(1)* XC ter *Pe* CCLXX *Pe* VIII ter *Pe* XXIII XXXII *Mh(1)*

32c [A quo remittitur alia diatessaron:] Quarta pars CCCCLXXII.CCCXCII est CXVIII.XCVIII, quae triplicata facit subsesquiertiam summam, i. CCCLIII.CCXCI.

*M5McPb<sup>3</sup>PeAutLry*

A quo remittitur alia diatessaron] *add. Mc* CCCCLXXI.CCCXCII *Aut* quae] et que *Aut* i.] *om. Mc* CCCLIII.CCXCI *Mc*

33 <sup>1</sup>Sciendum ergo, quia vult ducere ad inconveniens Aristoxenum, incipiens a superiori dispositione sex tonorum, quos ordinavit consequenter quanto convenientius potuit, utpote ad reddendum sex continuos tonos. <sup>2</sup>Sumit ergo de supradictis hos duos, CCLXII.CXLIII et CCCCLXXII.CCCXCII, qui faciunt inter se V tonos. <sup>3</sup>De priore ergo assumit terciam partem et eidem supponit, et sit diatessaron, qui stat in <sesqui>tercia proportione, et sit diatessaron intensa. <sup>4</sup>De gravi in acutum hoc modo: CCLXII.CXLIII CCCXLVIII.DXXV <et triens>, et hoc est diatessaron intensa de gravi in acutum. <sup>5</sup>Si ergo, quod oportet, volumus facere diatessaron remissam, s. quae descendendo occurrat praedicto de acuto in gravem, <sup>6</sup>alium numerum diminuamus per sui terciam partem, ut sit remissio de CCCCLXXII.CCCXCII ad

CCCLIII.CCXCHII. <sup>7</sup>Remissa est ergo, i. ablata, tertia pars, ut fieret diatessaron.

<sup>8</sup>Ecce ergo habemus duo diatessaron: intensam de gravi in acutum CCLXII.CXLIII CCCXLVIII.DXXV <et triens>, et CCCLIII.CCXCHII CCCCLXXII.CCCXCII occurrentem prae-misse. <sup>9</sup>Sic ergo et prima diatessaron per augmentum suae tertiae partis sibi superpositae crevit, et ideo vocatur intensa, et secunda per diminutionem suae tertiae partis de acuto in remissioem sonum illi occurrit. <sup>10</sup>Si ergo, ut Aristoxenus volebat, semitonium est dimidius tonus, tunc est dimidius tonus utrinque; et si utrinque est dimidius tonus, tunc debent esse equales numeros; unde, in quibus offendunt utrinque, destruamus consequens. <sup>11</sup>Sed non sunt equales. Si differunt, tunc non sunt equales, sed differunt - quod verum est.

*Lpl*

2 CCLXII.CXLIII *Lpl* 3 stat in <sesqui>tercia] statim sequitur in *Lpl* 8  
CCCLIII.CCXCHII *Lpl*

- 34 Retrograde figura indicat.

*Aut*

*cf* 274,18 (C3).

#### 274,16 ET SIT PRIMUS QUIDEM NUMERUS A

- 35 In capite figure vide.

*Aut*

*cf.* 274,18-21 (C3)

#### 274,18 ad C3

- 36 <sup>1</sup>De secundo, i. CCCXLVIII.DXXV <et triens>:

LXXX quater, CCCXX;

VII quater, XXVIII;

CCC quater, I.CC;

LXXXI quater, CCCXXVIII;

quater triens unum et triens, qui supercrescit.

<sup>2</sup>De primo, i. CCLXII.CXLIII:

LXXX ter, CCXL;

VII ter, XXI;

CCC ter, DCCCC;

LXXXI ter, CCXLIII;

Ter triens, I.

<sup>3</sup>De quarto:

C quater, CCCC;

$\overline{X}$  quater,  $\overline{XL}$ ;  
 $\overline{VIII}$  quater,  $\overline{XXXII}$ ;  
 XC quater, CCCLX;  
 VIII quater, XXXII.

<sup>4</sup>De tertio:

$\overline{C}$  ter,  $\overline{CCC}$ ;  
 $\overline{X}$  ter,  $\overline{XXX}$ ;  
 $\overline{VIII}$  ter,  $\overline{XXIII}$ ;  
 XC ter, CCLXX;  
 VIII ter, XXIII.

*EiEn*

1 De secundo, i.  $\overline{CCCXLVIII.DXXV}$  om. *Ei* supercrescit] *lectio incerta Ei*  
 2 De primo, i.  $\overline{CCLXII.CXLIII}$  om. *Ei*

274,19  $\overline{CCCXLVIII.DXXV}$  § (C3)

- 37 <sup>1</sup>In supradicta figura in omnibus libris VII invenitur, ubi debuis-  
 sent esse V §; <sup>2</sup>nam quattuor trientes remanserunt super integrum  
 numerum, qui est  $\overline{CCCXLVIII.DXXIII}$ . <sup>3</sup>Inde ex triente compu-  
 tatur unitas integra, et tres trientes, qui remanserunt, iunguntur in  
 duos semisses, etenim triens [et] sextans dimidium unitatis efficit.  
<sup>4</sup>Et duo semisses pro duabus unitatibus accipiuntur. <sup>5</sup>Hinc ternar-  
 ius iunctus quaternario VII fiunt. <sup>6</sup>Et in differentia, ubi octo §  
 debuissent esse, ibi novenarius invenitur scriptus. <sup>7</sup>Nam bisse pro  
 uno accipitur. <sup>8</sup>Ubi autem iterum comma adiungitur differentiae,  
 unitas ibi efficitur ex bisse et triente.

*OQ<sup>1</sup>B1McOl\*PbPcPnV2WiWqLpl*

1 suprema *B* superdicta *Pn* in omnibus libris] om. *Lpl* inveniuntur *OIPbV2*  
*V §j V Z OBI PcWiWq Z eras. Q V OIPbV2 V L PnLpl V L vel §Mc*

2 trientis *Lpl* integros numeros qui sunt *B1Wi*  $\overline{CCCXLVIII.DXXIII}$  *PnLpl*  
 $\overline{CCCXLVIII.DXCIII}$  *V2*

3 unde *B1* unitas] una *Lpl* integra unitas *Mc* iunguntur *Lpl* duas  
*B1PnWiLpl* et] *add. Wq* sextans] § *suprascr. Mc* 3-4 efficit et duo se-  
 misses pro duabus unitatibus om. *V2 add. V2*

4 duos *Mc* semisses] § *suprascr. Mc*

5 iunctus] numerus *Pe* coniunctus *Wi* quaternario] quia ternario *Pn* fiunt]  
 fiunt § *PnLpl* efficit *Wq*

6 octo] et *add. supra V2 §j* om. *Wi* esse] om. *OIPbV2 add. V2* ibi] om.  
*Wq*

8 iterum] inter *PnLpl* iungitur *B1McPnLpl* differentia *B1PnWiLpl* ibi  
 unitas *O* ibi] om. *Mc* ubi *Pn* ex bisse et triente efficitur *Lpl*

*gl. cancell. Pb*

6 spectat ad 275,3-5

8 spectat ad 276,3 et 5 (C4)

274,20 D CCCCCLXXII.CCCXCII (C9)

- 38 quarta pars CXVIII. XCVIII  
*Wi*  
*cf. III,3,32a*

## 274,22 A TERMINUS AD D TERMINUM V REMOTUS EST TONIS

- 39 ut figura suggerit  
*Aut*  
*cf. 266,1-10 (B31).*

## 274,23 SEMITONIO

- 40 integro  
*V<sup>1</sup>CgAut*
- 41 integra toni medietate  
*Vrf*

## 274,24 UT ARISTOXENUS ARBITRATUR

- 42 sententia Aristoxeni: quinque tonos ex bis diatesseron constare, et VI tonos diapason consonantiam efficere  
*Pts*  
*et] ets lectio incerta Pts*

## 275,1 B ET C TERMINOS NON OPORTET ESSE DIVERSOS

- 43 ut figura dicit  
*Aut*  
*cf. 274,18-21(C9)*

## 275,2 SED UNOS ATQUE EOSDEM, UT INTEGRE V TONI ET DUABUS DIATESSARON CONSONANTIS CONSTARE VIDERENTUR

- 44 Aristoxenus  
*PrAut*

## 275,2 SED UNOS ATQUE EOSDEM

- 45 terminos oportet esse ad hoc ut  
*Aut*
- 46 In talem oportet posse invenire medium numerum, qui ad primum sit sesquitercius et ad tertium sit subsesquitercius.  
*Vrf*

**275,4 EST DIFFERENTIA IIII.DCCLXVIII 55**

- 47 terminorum mediorum  
*Vrf*
- 48 ut supradicta figura innuit  
*Aut*  
*cf. 274,18-21 (C3)*

**275,4 ARGUITUR DIATESSARON MINIME TONIS DUOBUS AC SEMITONIO CONIUNGI**

- 49 Vide in animo tuo, si verum est. Crede sic est.  
*Aut*

**275,4 ARGUITUR**

- 50 ostenditur  
*Q<sup>2</sup>W<sub>q</sub>*
- 51 demonstratur  
*B1P<sub>n</sub>*
- 52 probatur  
*MmPbPcAutVrf*

**275,5 SEMITONIO**

- 53 integro  
*M<sup>3</sup>Q<sup>2</sup>V<sup>1</sup>C<sub>g</sub>LzP<sub>n</sub>PrAutLlz*

## LIB. III, CAP. 4

## 275,8 SED HANC SI QUAERIMUS IN INTEGRIS NUMERIS DIFFERENTIAM COLLOCARE

- 1 Hoc dicit, ubi non est integra unitas.

*EiEnPe<sup>5</sup>*

- 2 <sup>1</sup>Integros numeros dicit integritatem commatis, in quo a sex tonis diapason superatur. <sup>2</sup>Nam inter CCLXII.CXLIII et inter DXXXI.CCCCXLI sex toni sunt. <sup>3</sup>Sed ad priorem numerum (i. CCLXII.CXLIII), sunt duplus DXXIII.CCLXXXVIII. <sup>4</sup>Inter hunc vero duplum et DXXXI.CCCCXLI, in quo sex toni complentur, sunt differentia (i. comma) VII.CLIII. <sup>5</sup>Superius autem inter extensum diatessaron et remissum (i. inter CCCXLVIII.DXXV  $\S$  et CCCLIII.CCXVIII) fuerunt differentia III.DCCLXVIII  $\S$ , <sup>6</sup>cui differentiae, si sui dimidium addatur (i. II.CCCLXXXIII et triens), commatis (i. in quo sex toni diapason supervadunt) integritas, quae est VII.CLIII, redditur, <sup>7</sup>quoniam eorundem VII.CLIII, bisse (i. duae tertiae), III.DCCLXVIII  $\S$  existunt.

*O\*Q<sup>2</sup>B1EiEnLzMcMeMf<sup>2</sup>MhMkMoPe<sup>5</sup>Pn\*PqPrShWbWiWn\*WqBwiEwn LplLlz*

1 numeros] tonos *Wb* dicimus numeros *MeMo* vocat *LzWiBwiLlz* diapason] comma *LzWiBwiLlz a sex*] XVI *Sh*

2 Nam in *PrWbWnEwn* CCLXII.CXLIII *Mk* CCLXXII.CXLIII *MeMo* CCLVII.Llz inter] Ter *Wq* DXXXI.CCCCXLI DXXIII.CCLXXXVIII *Mc* DXXX.CCCCXLI *Pq*

3 ad primum *EiEnMeMfMhMkMoPeSh* i.] *om.* *B1LzMcPnWiWqBwiLplLlz* sunt] *est LzMeMfMhMkShWiBwiLlz* dupli *Lpl* DXXIII.CCLXXXVIII *Mc* DXXIII.CCLXXXVIII *Mh* DXXIII.CCLXXXVIII *Lpl*

4 hec *Ewn* duplum et] *om.* *Wq* et] *om.* *Mc* et inter *MfMhMkSh* ex *Ewn* DXXXI.CCCCXLI *Me* DXXX.CCCCXLI *Lpl* sunt] *est Me* fuerunt *Wn* sunt - VII.CLIII] *om.* *PnLpl* sunt differentia, i. comma, VII.CLIII] comma est differentia, i. VII.CLIII *MfMhMkSh* i.] et *Pq* i. comma] *om.* *Mc* i. commata *WnEwn* DC.CLIII *B1*

5 - 7] *om.* *Pr*

5 Superius] *st alio loco* Perius *Wq* Superius autem] *om.* *MeMo* extensam *EiMfMhMkPeSh* extentum *B1Pn* diatessaron extensum *LzBwiLlz* ditessaron extensum *Wi* remissam *MfMhMkPeSh* inter *om.* *Pq*  $\S$ ] *om.* *EnMeMoPe* et semis *EiWnEwn* et semis *corr.* in trientem *Wb* et] et inter *MfMh* inter *Mk* et in *Sh* CCCLIII.CXVIII *MeMo* CCCLIII.CCXVIII *MfMhMkPe* fuerunt] *est Me*  $\S$ ] trient *suprascr.* *Mc* III.DCCLXVIII] CCCC milia *LX* octo *B1* III.DCCXLVIII *Pq* 4697 *Bwi* III.DCCLXVIII *Lpl* III.DCCLVIII *Llz*  $\S$  bisse *LzWiLlz*

6 demedium *Q* sui] suum *LzBwiLlz* id *Lpl* II.CCCLXXXIII] CCCLXXXIII *MeMo* duo. CCCLXXXIII *Pn* et triens] *om.* *O* *EiEnLzMcMfMhMkPePn* *PqWiWnWqBwiEwnLplLlz*  $\S$  *suprascr.* *Q* ac bisse *suprascr.* *B1* et triens *suprascr.* *Wb* commatis - redditur] commatis integritas, in quo sex toni diapason consonantiam supervadent, redditur, quae integritas est VII.CLIII *MfMhMkSh* sex tonij sextam *B1McPnWnEwnLpl* i. VI toni *suprascr.* *Wi*

toni] tadi  $Wq$  supervadent  $EiEnMcMo$  supervalent  $WnEwn$  VII.LIII  $En-MoMe$  VI.CLIII  $Lp!$   
 7 eorundem] eorum differentia  $Pe$  VII.LIII  $EnMcMo$  bissem  $Mc$  bisse vero  $Sh$  bis  $Lp!$  VII.CLIII - tertiae] bisse, id est VII.CLIII, due tertiae  $LzLz$  duo et tertiae  $PnLp!$   $\S$ ]om.  $LzWiLz$

## 275,8 HANC

3 IIII.DCCLXVIII bisse

 $EiEnPe^5$ III.DCCLXVII  $EiEn$  IIII.DCCLXVIII  $Pe$  bisse] om.  $EiEn$ 

## 275,8 IN INTEGRIS NUMERIS

4 in quibus unitas non dividatur

 $Mm^1Pb^3AutVrf$ 

## 275,8 DIFFERENTIAM COLLOCARE

5 ut s. efficiatur comma

 $Pe^5$ 

## 275,8 DIFFERENTIAM

6a quae est inter diatessaron extensam et diatessaron remissam

 $Q^2B1PqWq$ 

6b [differentia est] quae est inter diatessaron intensam et remissam

 $O EiEnLzMeMf^2MhMkMoPe^5(bis) ShWbWiWn^*Ewn^*$ differentia est] add.  $EiEnLzMfMhMkPeSh$  differentia quae est necessario  $MeMo$  est] om.  $O$  diatessaro  $O$  $EiEnLzMfMhMkPeSh$  in fine III,4,2

7 IIII.DCCLXVIII et bisse, quia integra ibi unitas non est

 $Mf^2MhMkSh$ integram  $Mh$  integritas  $Sh$  non est unitas  $Sh$ 

8 IIII.DCCLXVIII &lt;et bisse&gt;

 $Aut$ 

9 diatesseron dupla

 $MmAuVrf$ duple  $Vrf$

## 275,9 IN EA PARTE

- 10 quantitate [commatis]  
*Q<sup>2</sup>Pe<sup>5</sup>PqWq*  
 quantitatis] *PqWq commatis] add. Pe*
- 11 quae dividitur in tria, sicut comma  
*Q<sup>2</sup>B1Pe<sup>5</sup>PqWiWq*  
 tribus *Wq sicuti Pq*
- 12 ubi posuit cum superiore numero  
*EiEn*
- 13 unitatis  
*AutVrf*
- 14 *In ea parte subauditur differentia, in qua bisse est, hoc est duo trientes, si pars tertia, quae est <SS>, addatur, i. triens. Sextans est dimidia pars trientis, nam triens [SS] et dimidia pars trientis [S], i. sextans, dimidium unitatis efficiunt. IIII unciae triens est <et> duae unciae dimidium est.*  
*Mc*

## 275,9 SS

- 15a bisse, duae unitatis partes  
*V2*
- 15b Bisse due unitatis partes sunt. Triens autem dimidium bisse, id est tertia pars unitatis.  
*Cg*
- 15c comma VII.CLIH; bisse IIII.DCCLXVIII SS bisse; triens II.CCCLXXXIII SS triens  
*Mc*
- 15d Bisse, i. due partes unitatis, quoniam unitas componitur ex semisse et triente et sextante.  
*Aut*

## 275,9 PARS TERTIA SI ADDATUR

- 16a ad bisse eadem pars tertia  
*Q<sup>2</sup>PqPrWiWq*  
 tertia pars *PqWq eadem pars tertia om. PrWi ac bisse add. Wi ad bisse add. Wq*
- 16b [differentiae, i.] bissis  
*CgLzMj<sup>2</sup>MhMkPnShLlz*  
 differentiae, i.] *add. Cg bisse CgLzShLlz*



**275,9 PARS TERTIA**

- 17 unitatis  
*MmPbV2Aut*
- 18a [in] triente  
*CgPn*  
in] *add. Cg*
- 18b triens  
*LzPrAutLlzVrf*
- 18c Triens est tertia pars unitatis  
*V2*
- 18d unitas, quae est triens  
*Wb*
- 18e ut est unus triens  
*Wq*

**275,10 PLENAM EFFICIT UNITATEM**

- 19 totam redintegrat  
*OQ<sup>2</sup>PqWq*  
totam] totum *OPq om. Wq*
- 20 Si enim divides aliquid in tres partes, una pars dicitur triens, duae vero dicuntur bisse. Si ergo bisse reddas trienti, reddis integrum, quod erat in tres partes divisum; estque ipsa tertia pars, i. triens, medium duarum, i. bisse.  
*Cg*
- 21 Quia due partes alicuius rei, et tertia pars eisdem addita, totum efficiunt; ideo cum bisse sit due partes unitatis, et triens tertia, apposito triente bissi efficietur integra unitas.  
*Vrf*

**275,10 UNITATEM**

- 22 assem  
*Pn*
- 23 commatis  
*Pe<sup>5</sup>*
- 24 plenum comma  
*Pn.s*

275,10 QUAE PARS TERTIA EIUSDEM  $\S$  DIMIDIUM EST

25 tertiae partis, sextans

*B1*

26a Triens et dimidia pars trientis, i. sextans, medium integrae unitatis efficiunt.

*Q<sup>2</sup>*demedia *Q*


26b Triens et dimidia pars trientis, i. sextans, medium integritatis reddunt.

*OLzPe<sup>5</sup>PqWiBwiLlz*et] om. *Pq**OLzWiBwiLlz in fine III,4,2*

27 Sextans triens; i. pars dimidia trientis, nam triens et dimidia pars trientis, i. sextans, dimidium unitatis efficiunt [i. semis].

*OB1CgOIPbPnPgV2WiWqBwiLpl*Sextans triens; i. pars dimidia trientis] om. *V2(2)* Sextans est dimidia pars trientis *B1CgPnWi(1)WqBwi(1)Lpl* i. quod pars *OIPbV2(1)* nam triens et dimidia pars trientis] om. *WiBwi(2)* nam triens et] triens vero et *Cg* et] om. *O* dimidia pars *O* dimidiam pars *Pq* i. sextans] om. *V2(2)* dimidium dimidiam *WiBwi(2)* i. semis] add. *WiBwi(2)**OIPbV2(1)Lpl in initio III,3,37; gl. repet. V2WiBwi; WiBwi in fine III,3,37*

28



huius dimidium      bisset medietas, quae triens numeri

*Quae pars tertia et eiusdem subauditur tertiae partis. Semis  $\S$  (i. medietas, quae medietas sextante efficitur, i. duabus  $\S$  uncis) dimidium est unitatis, quod aperte potest dici: III<sup>or</sup> unciae pars tertia est unitatis. Ipsius partis tertiae medietas, vel semis, II<sup>e</sup> uncie sunt; adde II ad IIII uncias, VI fiunt uncie, quod est dimidium unitatis.*

*Mc*

Vltante *Mc*  
cf. III,4,14

- 29 Hoc est in illa superiori differentia. Nam si totum comma dividatur in tribus, duas partes habet illa differentia; unde si medietas ipsi addatur, integrum restituit comma.

*Pc*<sup>5</sup>

- 30 interposicio  
*Aut*

### 275,10 PARS TERTIA

- 31 differentia  
*OQ<sup>2</sup>SB1Pc<sup>5</sup>Pq*  
differentiae *Pc*

- 32 triens  
*CgLzMf<sup>2</sup>MhMkMmPnAutLlzVrf*

- 33 unitatis  
*V2Wq*

### 275,11 DIFFERENTIAE

- 34 [quae est] IIII.DCCLXVIII et bisse  
*EiEnLzPnLlz*  
quae est] *add. LzLlz et bisse] om. Llz besse EiEn*

### 275,12 EIDEM

- 35 differentiae  
*PnV2Aut*

### 275,12 QUOD

- 36 dimidium  
*Aut*

### 275,12 S

- 37 ista est medietas besis  
*EiEnPc<sup>5</sup>*  
ista est] *om. Pc quod est En*

- 38 medietas, sextans  
*Mc*

275,12 FIT OMNIS SUMMA  $\overline{\text{VII}}.\text{CLIII}$ 

39 in sequenti figura patebit

*Aut*

*cf. 276,1-13 (C4)*

275,13  $\overline{\text{VII}}.\text{CLIII}$ , QUAE DUDUM COMMATIS PROPORCIONEM TENEBAIT

40 In hac ultima unitate redeunt illa duo in unum, i. bes et triens.

*EiEn*

41 Nam in comma conscendit per adiectionem suae ipsius medietatis, et haec est integritas. Nam non dicit de triente, sed de tota quantitate numeri.

*Pe<sup>5</sup>*

## 275,13 QUAE

42a summa

*V2*

42b  $\overline{\text{VII}}.\text{CLIII}$ , summa

*Aut*

## 275,13 DUDUM

43 superius

*Aut*

## 275,15 QUAE

44 coma

*V2Aut*

## 275,16 UT IGITUR

45 quemadmodum

*Aut*

## 275,16 DIMIDIUM PROPRIUM

46  $\overline{\text{III}}.\text{DCCLXVIII}$  et bisse, i.  $\overline{\text{II}}.\text{CCCLXXXVIII}$  <et triens>

*Aut*

**275,16 PROPRIUM**

- 47 suum  
V<sub>2</sub>

**275,17 CUNCTIS A B C D TERMINIS**

- 48 III<sup>or</sup>  
V<sub>2</sub>
- 49 praedictis, in praeterita figura  
Aut  
cf. 276,1-13 (C<sub>4</sub>)

**275,18 MEDIETATES PROPRIAS**

- 50 suas III<sup>or</sup> s.  
V<sub>2</sub>  
cf. III,4,47-48
- 51 ut iam dicit in sequenti figura  
Aut  
cf. 276,1-13 (C<sub>4</sub>)

**275,18 MEDIETATES**

- 52 tertias partes  
P<sub>ht</sub>

**275,19 EADEM ERIT IN OMNIBUS QUAE SUPRA PROPORTIO**

